

gis vel minus opatur circa quēlibet fm hoc noticia 7 suuz nomē crescit in qliber. Et hoc est vere cognoscere deum. sentire opera sua circa seipm p experientia. Itēz magis sentit hō p experientia opa que de operat circa aīam q̄s circa corpus. qz aīa que cognoscit magis est ppinqua sibi q̄pi q̄s corpus. et ideo maior 7 magis acquiritur noticia de deo in hoīep opa q̄ operatur circa suā aīam: q̄s circa ipm corp⁹. et in illis operib⁹ est vltimus finis 7 vltima certitudo de deo p opa. Ecce ḡ quali ter noticia acq̄sita de deo p experientia p opa q̄ homo videt p experientia h3 multos gradus. **Primus** gradus est p opa q̄ homo videt extra se in alijs. **Secundus** gradus est p opa que homo sentit in proprio corpe suo fieri. **Terti⁹** gradus est p opera que hō sentit 7 p̄cipit fieri circa suam aīam. Et oīa ista p̄nēt ad nomē dei 7 ad laudē 7 gl̄iam 7 honore: 7 ad suaz famam. Sic ḡ fm q̄ opa dei sunt cōmunia 7 vniversalia oībus vel plurib⁹ vlt singularia 7 secreta. fm hoc acq̄ritur de deo noticia cōmunis vel singularis 7 maior vel minor. Et sic homo pōt cognoscere deuz p creaturas extra se inq̄ntum sunt opera dei: et per seipsum inquantū est opus dei. Et p opa que opatur extra se in alijs hominib⁹ 7 creaturis. Et p opa que opatur circa seipm tam circa aīam q̄s circa corp⁹. Et p̄sequens multis modis pōt ipsuz laudare: glorificare: magnificare 7 honorificare 7 ei famā dare. Patet ergo q̄ noticia de deo acq̄sita p opera eius in hoīb⁹ habet multos gradus. Et p̄sequens re putatio et estimatio de deo est maior vel minor in cordib⁹ hominū. et habet multos gradus: nec est equalis apud omēs. Et exinde seq̄tur q̄ cum fm maiores vel minorem reputationē seu estimationē de tur honor maior vel minor. 7 etiam laus gloria 7 nomen. sequit q̄ ab oībus hominib⁹ nō datur equaliter honor: laus 7 gloria 7 nomen interius 7 exterius. De obligatione hoīs erga honore dei 7 laudem 7 gloriā 7 nomē suum.

Titulus: cxcv.

Quoniam iam

manifestū est q̄ oīa que deus opatur extra se in creaturis: opatur ad suuz bonorem: laudem: gloriā et nomē. 7 etiā dicitur est q̄ bonor: laus: gl̄ia et nomē dei acq̄ritur: generatur et crescit per opera benefacta 7 opera creaturaz. 7 qz hō qui est creatura nobilioz dei q̄ sit in mundo pōt operari 7 habet p̄tate opandi. ideo sequit q̄ homo debet et obligatur operari omnia opera sua que facit ppter honorem: laudem: gloriā et nomen dei. 7 ad hoc debet dirigerere omnia opera sua: vt sc3 p opa sua seq̄tur honor dei: laus et gloriā 7 nomē dei. **Uteri⁹** sequit q̄ hō debet et tenet soluz quantum potest velle 7 laborare vt suuz nomen fiat: crescat et multiplicetur inq̄ntum fieri poterit. Et qz p opa hoīs benefacta. sequit: generat 7 fit maior laus: maior gloria et maius nomē: q̄s p opera aliarum creaturarū. cū homo sit nobilioz creatura: sequit q̄ nō solū hō debet et obligatur facere omnia opera sua ppter honores dei vt dictum est. sed etiā tenetur et debet tantū operari q̄ntum poterit et multiplicare opera sua: 7 meliori mō quo poterit operari. Et in hoc debet cōtinue et incessanter studere et omnē diligentia apponere ad hoc vt p opera sua honor dei: laus: gloria: fama 7 nomen crescat 7 multiplicent: q̄ntū fieri poterit. Et nō solū hoc tenetur facere: sed 7 velle et laborare vt i oībus reb⁹: in oībus hoīb⁹: in oīb⁹ opib⁹ honor dei: laus: gloria: nomen et fama fiant crescant et multiplicent q̄ntū fieri poterit. **Aliter** si homo facit contrariū omnīū supradictoz: seq̄tur q̄ homo nō operatur vt creatura dei: nec vt opus dei nec vt homo. imo operat p̄tra deū et p̄tra intentionē dei totaliter: 7 p̄tra ordinationē diuinam: et cōtra finem ad quē facta sūt oīa. Et quia honor dei semp est cū utilitate. nec possunt separari honor di 7 utilitas. et vbi maior honor dei: ibi maior utilitas. et quia etiam tota utilitas est hoīs 7 nō dei. seq̄tur q̄ q̄n homo opatur ad honorem: laudē 7 gl̄iam dei et ipse opat mer ad suā utilitatē. 7 q̄ q̄nto magis homo laborat vt honor dei crescat et multiplicetur: tanto etiā magis laborat vt sua ppria utilitas crescat et multiplicet. Itēz quia hō

Primo

Seco

Tertio

Quarto

Epilo / gat de ḡ dīb⁹ ex / punēta / lib⁹ no / ticie dei

debet et obligatur amare honorē dei et la-
 borare ut crescat et multiplicet in q̄ntū sic
 ri poterit. seq̄t q̄ hō obligat se ponere to-
 tum seipm. et totā vitam suā et dare vitaz
 suā: et oīa que habet ad honores dei: lau-
 dem et gl̄iam. Et per consequens q̄ q̄n hō
 dat vitā suā et q̄cqd̄ habz ad honorē dei:
 q̄ tunc facit maximā suam vtilitatem. qz
 tunc laborat q̄s: um p̄t vsqz ad vltimuz
 de potentia ad dei honorē. Quia nō p̄t
 magis laborare ad dei honorē: q̄ dare
 vitam suam p̄ illo. et iō h̄ est summa vtili-
 tas: summū cōmodū et lucrū homis. Et
 iō seq̄tur q̄ hō nihil perdit: sed summe lu-
 cratur dū vitam suā dat ad honorē dei: et
 iō nō perdit vitā. Preterea etiā seq̄tur et
 cōcluditur q̄ hō debet: obligatur et tene-
 tur credere de deo et cōfiteri et attribuere
 et dicere de ip̄o oīa illa que p̄tinent ad su-
 um honorē: ad suā laudē: ad suā gl̄iam et
 ad suū nomē: et famā suā. et magis illa q̄
 p̄tinent ad maiorē laudē: ad maiorēz ho-
 nozem et ad maiorēz gl̄iam: q̄ illa que p̄-
 tinent ad minorēz.

Quo oīa que p̄t hō vel debet dare deo
 reducuntur ad honorē. et quicquid facit
 hō deo: semp̄ ip̄m honorat vel inhono-
 rat seu cōtemnit vel iniuriatur.

Titulus. cxxvi.

Ti. de/
xxi. et ti/
tulo. de
xxij.

Quoniam autē iā declaratū est q̄ oīa
 que de^o facit extra se: facit p̄pter
 suū honorē. et q̄ oīa q̄ deo p̄tinet
 extra se: p̄tinent ad suū honorē. qz honoz
 respicit et cōprehendit totum statum dei
 extra se. et quia hō p̄t: debet et tenetur
 reddere deo et dare plura vt p̄batū est. et
 oīa que hō p̄t facere deo et reddere sunt
 extra deum. iō seq̄tur q̄ oīa debita q̄ hō
 p̄t et debet dare deo reducunt et p̄tinet
 ad honorem dei. Et quia oīa que respici-
 unt deū exterius respiciunt et p̄tinent ad
 suū honorē. vel ad cōtrariū suū honoris.
 scz ad inhonorationē seu p̄temptum et in-
 iuriā. iō quicqd̄ hō faciat deo semp̄ ip̄m
 honorat vel inhonorat. Cum enī hono-
 rare et inhonorare cōtrarietur inter se. et
 omnia que fiunt exterius extra deum: de-
 bent fieri ad suum honorē. seq̄tur q̄ si nō
 fiunt ad suum honorē: q̄ fiunt cōtra suū
 honorē. Et p̄ consequens hō deū sp̄ hono-

Ti. pxi:

rat vel inhonorat. Et iō seq̄tur q̄ omnia
 ista debita que hō debet deo. scz amor. ti-
 mor: laus: honor: et gl̄ia: obediētia: pes-
 fides et credulitas et cōfidentia reducunt
 tur et p̄tinent ad honorem dei. et opposi-
 ta istorum sunt cōtra honorem dei. Et iō
 q̄ amat deuz primo: honorat ip̄m. et q̄ nō
 amat ip̄m primo: inhonorat ip̄m. Et qui
 amat deum et nō amat eum primo: inho-
 norat ip̄m. quia est p̄mo amandus. Et si
 nō amat qd̄ primo amandū est: iniuria et
 cōtemptus est. Et qui timet deum p̄mo:
 honorat ip̄m. et qui nō timet inhonorat.
 Et q̄ obedit deo honorat ip̄m. et qui nō
 obedit inhonorat. Et q̄ sperat ī deo: ip̄m
 honorat. et qui nō sperat in deo: ip̄m in-
 honorat. Et qui cōfidit in deo: honorat
 ip̄m. et q̄ nō cōfidit: inhonorat. Et q̄ cre-
 dit et dat fidem deo: ip̄m honorat. et q̄ nō
 credit ei: ip̄m inhonorat. et q̄ nō credit de-
 o p̄mo et totaliter: etiā ip̄m inhonorat. Sic
 ḡ amare deū p̄mo: timere deum p̄mo: glo-
 rificare et laudare deū p̄mo: obedire deo
 p̄mo: sperare in deū p̄mo: et cōfidere ī deo
 p̄mo: et credere in deo p̄mo: hoc est hono-
 rare deū. Sed nō amare deū p̄mo: non
 timere deū p̄mo: nō obedire deo p̄mo: nō
 laudare: nō sperare in deo p̄mo: nō confi-
 dere in deo p̄mo: nō credere deo p̄mo: h̄
 est deum inhonorare: cōtemnere et iniuri-
 are. Et sic oīa que deo dant p̄ hominē re-
 ducunt ad honorare vel inhonorare de-
 um et cōtemnere vel iniuriari. Et sic ho-
 norare deū vel inhonorare: oīa claudunt
 Et quia honorare deum et inhonorare
 opponunt. iō sicut nullum maius bonuz
 p̄t facere hō q̄s honorare deum. ita nul-
 lum peius malum p̄t facere hō q̄s deuz
 inhonorare. Et sicut nihil maius p̄t es-
 se extra deuz q̄s honor dei: sic nihil peius
 p̄t esse extra deuz q̄s inhonoratio dei seu
 iniuria dei. Sic ḡ solvere et reddere deo
 debitum: est ipsum honorare. et nō solue-
 re neqz reddere est ipsum inhonorare et
 cōtemnere et iniuriari. Studere ḡ debet
 hō diligentissime vt diligat deum et red-
 dat et soluat deo qd̄ debet. Unde qz de^o
 vult suum honorē. quia p̄pter illum se
 cit omnia. et omnia que hō debet facere et
 reddere deo pertinent ad eius honorē.

Oīa re/
ducūt ī
honorēz
dei vel
econtra.

Titulus. cxcvii. et. cxcviii

sequitur q̄ deus vult q̄ homo reddat dō quod debet: et nihil potest velle cōtra suū honorem.

De multiplicatiōe honoris et iniurie.
Titulus. cxcvii.

Quia aut̄ oīs creatura facta est ad honore dei: et respicit honore dei et p̄inet ad honore dei: et etiaz respicit deus quodā mō. iō honore dei respicit honore oīm creaturaruū. et iniuria dei respicit iniuriam omniū creaturaruū. Et iō q̄n honorat de⁹: honorant oīa que dei sunt. scz oēs creature. Et q̄n de⁹ inhonorat et cōtemnit seu iniuriat: etiā iniuriant et cōtēnunt et inhonorant omēs creature

Peccās. inhonorat deū ī infinitū.

Et sic i inhonorare deū includunt infinite iniurias. et in iniuria dei includuntur infinite iniurie simul et semel. Et sic nihil ita cito crescit et multiplicat sicut honor et iniuria. qz honor vnus ē honor infinitoꝝ. et iniuria vnus simul et semel est iniuria infinitoꝝ. Qui ḡ honorat deū: honorat omnes creaturas. et q̄ iniuriat deum: simul et sel' iniuriat oēs creaturas. sicut qui iniuriat regem: iniuriat omnes de regno simul et semel.

De honore pprii q̄ est p̄trari⁹ honore dei tanq̄ eius capitalis inimicus.

Titulus. cxcviii.

T. cxcv

Quoniam iam p̄batū est q̄ hō debeat facere oīa opa sua ad honores dei: et teneat laborare q̄tū p̄t vt honor dei: laus: gl'ia: fama et nomē crescat et multiplicent q̄tū fieri poterit tam in seipō q̄ in oībus alijs. alit̄ si nō faciat s̄: tūc hō nō opat̄: vt creatura dei: nec vt op⁹ dei. imo facit cōtra deum et p̄tra intentionē rotalez eius: p̄tra suā ordinationem. q̄uis hoc sit magnum malū. Sed tñ peius est si opet̄ oīa et faciat hō que facit ad suū ppriū honore et ad suā ppriam laudē et gloriā: et ad acq̄rendū sibi ipsi nomē et famā: et ad hoc studeat et laboret vt honor suus ppri⁹: laus gl'ia: fama et nomen fiant: crescant et multiplicentur. quia tunc hō studet et laborat de directo p̄tra deum. imo nihil magis est p̄tra deū. nihil magis repugnat deo. nihil magis inimicat deo q̄ talis honor ppri⁹

tal' laus: talis gloria et fama. qz p̄trariat et inimicatur de directo honore dei et sue laudi et glorie: et statui toti diuino extra se q̄ cōsistit in laude: in gloria et in honore quia deus omīa fecit p̄pter suū honores. et soli deo debet laus et gloria. et hoc ē sibi ppriū. quia tunc hō facit p̄ seipm suū stratū sicut deus: separat⁹ et diuisus a deo et p̄tra deū. et tollit: rapit et furat id qd̄ est ppriū deo. Et ideo sequit̄ q̄ nullo modo hō pōt esse maior inimicus ei⁹ visibilis et manifestus. nullo mō pōt magis iniuriare et inhonorare deum: q̄ q̄n studet et laborat et facit omīa ad suū ppriū honorem: suam gloriā et laudē ppriaz. Et sic patet qualiter hō subito pōt effici inimicus dei capitalis: volendo ppriū honorem: laudē et gl'iam. et q̄liter subito facit guerrā inter deū et hoīem: et maxima inimicitia: et maxima diuisio et discordia fit p̄pter ppriū honore: laudē et gl'iam. quia hoc est de directo ire cōtra intentionem dei: p̄tra cor dei: et p̄tra fundamentū dei: et tangere cor ipsi⁹ dei: et p̄tra totū ordinem vniuersi. Et p̄sequens sequit̄: q̄ p̄ nihil magis hō pōt cognoscere manifeste et experimētaliter et infallibiliter q̄ ipse vadit p̄tra deū: et q̄ iniuriat ipm: et q̄ sit p̄tra ipm: q̄ p̄ ppriū honore: laudē et gloriā. et qz nihil magis experimētaliter: visibiliter ad oculū manifestat iniuriā dei et offensaz et inimicitia dei q̄ ppri⁹ honor. et nihil magis et nihil facili⁹ homo sentit et videt in seipō q̄ ppriū honore et ppriaz laudem. Ergo p̄ ppriū honore: laudem et gloriā: tanq̄ p̄ illud qd̄ est summe sibi familiare omīa potest cognoscere et iudicare experimētaliter. qz nihil magis est manifestum hoīb⁹ q̄ honor: laus et gl'ia. Et iō sicut p̄ duos amores superius dictos oīa poterant p̄bari: ita siliter p̄ duos honores. Un̄ dictū fuit in tractatu de amore: q̄ duo amores. scz amor dī et amor sui ipsius erāt due porte et due p̄me radices ad intelligendū oīa. ita siliter duo honores. scz honor dei et honor ppri⁹ sunt due porte ad intelligendum omīa. Un̄ magis sūt māifestiores isti duo honores q̄ duo amores. quia magis manifestus est honor q̄ amor. Et ideo p̄bare per honores

Ti. clv
T. clv
T. clv

Subito efficiat̄ q̄s inimicus dei.

Ti. clv
T. clv

Ti. cxi. est magis manifestū q̄ pbare p̄ amorem. Sicut autē oīa bona reducebant̄ ad dei amorem: et ab ip̄o oriebant̄. et omnia mala reducebant̄ ad ppriū amorem: et p̄uatiū: et ab ip̄o oriebant̄. ita omnia bona reducunt̄ ad honorem dei: et ab ip̄o oriunt̄ magis manifeste: et omnia mala reducunt̄ ad honorem ppriū et p̄uatiū. et ab ip̄o oriunt̄ magis manifeste. Quāuis autē omnia oriunt̄ a duobus amoribus: nō tamē ita manifeste sicut a duobus honoribus. et tñ ip̄i duo honores oriuntur a duobus amoribus: ut dictum est. quia sunt due p̄me radices.

Ti. cxii.

Declaratio ad oculū q̄liter hō p̄ honorem ppriū est et fit ver⁹ et rect⁹ inimic⁹ dei

Titulus cxcix.

Quonia autē sup̄iā tractatū ē de honore dei: laude: glia et fama et noie suo q̄l̄r. s. sic q̄l̄r generat̄ q̄l̄r crescit i cordib⁹ hoim. vñ dictū est q̄ corda hoim debēt impleri de cognitiōe dei. et ad hoc facta sunt vt fama dei et nomē dei habitent in cordib⁹ hoim. vt scz hoies cognoscendo deū p̄ opera sua habeāt de deo bonam estimationē: bonā reputationem et opinionem. et p̄ oīs ip̄m honoret laudent et magnificent et glorificēt i cordib⁹ eoz. sic q̄ corda hoim debent esse vasa dei nois et honoris sui et laudis sue.

Querēs pp̄ū honore occupat lo cum dei

Sed hō q̄ q̄rit ppriū honorem: ppriaz laudem. ppriā gliam et famā: ip̄emet primo occupat cor suū circa suūmet ppriū honorem. et circa illū otinue cogitat et sp̄ vigilat et studet: quōd honor ppri⁹ fiat: crescat multiplicet et p̄maneat: et tñ deberet occupare cor suū circa honorem dei: laudē et gliam: et in ip̄o fieri cognitio de deo. Et sic cor suū qd̄ est nomis dei vas occupat circa honorem ppriū suū: et tenet occupatū de pprio honore: Et in h̄ facit deo maximā iniuriā. qz occupat sibi suū pprium locū: et ponit illud qd̄ est p̄tra deū int⁹ in corde suo. Itē nō solū occupat nec tenet occupatū et impeditū suū ppriū cor circa suū ppriū honorem. imo qd̄ pei⁹ est vult q̄ corda alioz hoim q̄ sunt vasa honoris dei et nomis sui: occupentur et repleant̄ de suo pprio honore: de sua laude: fama et nomine suo: et de sua estimatione et reputatione. ita q̄ cogitēt circa sua opa: cir

Scdo.

ca suā famā: circa suū nomē vt ip̄e cognoscat et reputet ab hoib⁹. et vult q̄ su⁹ honor: sua laus: et glia et suum nomen et sua fama et reputatio sua diffundat̄: crescat et multiplicetur: et habitet in cordib⁹ hoim et p̄maneat in eternū. et ad h̄ laborat q̄stū p̄t. Tñ qui q̄rit ppriū honorem: necessario vult q̄ ille crescat et multiplicetur: et nō p̄t multiplicari nisi in ip̄is hoimib⁹. et sic corda hoim vult esse occupata circa facta sua cogitāda: et nō circa dei facta. circa ppriū honorem: et nō circa honorem dei. circa laudē famā suā: et circa nomē suū magnificādū et exaltādū et honorandū. et nō circa honorem dei nec nomē. et vult tenere impedita oīa corda hoim/ et seip̄m multiplicare in eis. et vult q̄ imago sua multiplicet̄ et imp̄mat̄ in cordib⁹ omnium hoim: vt sp̄ cogitent de ip̄o et loquant̄ de ip̄o. Et sic vult totū mūdū esse occupatū circa suū honorem. Et p̄ consequēs vult deū expellere de regno suo: de habitaculo suo: et de domo sua propria. Ecce maria inimicitia et manifesta p̄trarietas: gradissima iniuria: p̄tra deū velle occupare: velle impedire oīa loca dei: oīa corda hoim et ponere int⁹ inimicū dei capitalem. scz honorem ppriū: qd̄ est p̄tra deū Ecce ḡ qualiter ad oculū manifestatur q̄ hō q̄n querit ppriū honorem fit ver⁹ et directus inimic⁹ dei. Et hō si nō q̄rit honorem dei: laudē: gliam et famā: querit suū honorem: suā laudē: gliam et famā ppriaz. et si nō opatur ad dei honorem. opat̄ ad ppriū honorem: nec est dare mediū. Itē hō necessario est sp̄ amic⁹ vel inimic⁹ dei: sp̄ est p̄ deo vel p̄tra deū. qz nō est dare mediū. Qui ḡ nō occupat nō laborat. nō cogitat: nō vigilat circa honorem. laudē: gloriā et famā dei. signū est q̄ occupat: cogitat: laborat. vigilat: studet circa ppriū honorem: circa ppriā laudē et gliaz. Et p̄ oīs nō p̄t videre nec cogitare honorem dei et gliam. qz iā excecatur est p̄ ppriū honorem et ppriam laudem. Cauere ḡ debet se hō tanq̄ a mortalissimo veneno et subito interficiente a pprio honore: ppria laude et glia: et sp̄ vigilate circa dei honorem: laudē et gliam. Ecce ergo videte ad oculū quōd hō qui occupat et laborat circa ppriū honorem

Proprius honor facit inimicū dei

Propus honor excecatur

m iij